


iecuris, & præsumptionibus constat; Menochius *lib. 1. præf. 45.* coniectura etenim vestigium est veritatis, & pro tali habetur donec contrariū appareat, *l. penultim. ff. de probationib.* quod equidem procedit, quando coniectura colliguntur ex verbis, & dispositis in testamento, nam ex verborum consequentia, seu antecedentia institutio tacita potest colligi. Aretinus *in l. Gallus in princip. col. 3. ff. de liberis, & posthumis,* vbi Marcus Aquilinus *in §. & quid si tantum 1. part. num. 10.* Baldus *in l. ultim. in princip. & num. 10. C. de hered. instituend.* Romanus *in l. in testamento num. 14. C. de testam. milit.* Costa *in l. Gallus, §. & quid si tantum nu. 21.* Zuchardus *in l. ultim. num. 194. C. de edicto Divi Hadriani tollend.* Mascardus, *d. concl. 292. num. 7.* Marta *de success. legal. tom. 2. part. 4. quæst. 11. art. 1. nu. 18.* Mantica *de coniectur. ultim. volunt. lib. 4. tit. 1. num. 12.* Peralta *in Rubric. ff. de hered. instituend. ex num. 172. vsque ad 179.* vbi refert plures casus notabiles tacitæ institutionis heredis, Thadeus Pifo *lib. 2. var. resol. cap. 1. num. 5.* Carpio *de executorib. testament. lib. 3. cap. 9. num. 7. & 8.* Ruinus *cōf. 56. num. 10. vol. 2.* Barbatia *cōf. 5. col. 2. vol. 1.* Ioann. Decker. *lib. 1. dissert. 8. num. 4.* Iulius Clarus *§. testamentum, quæst. 35. num. 2.* Et in hoc conveniunt omnes Doctores, vt dicit Guilielm. Benedictus *in cap. Rainutius 2. part. Rubr. nu. 23. de testamentis.* Iason Angelus, Menochius, & Castillio iam citati. *omnino in primis instit. de fideicommiss. heredit. vbi si rogo Titium, vt hereditatem meam restituat Caio, tacite videor illum instituere: non enim possum gravare eum, quem non honoro, l. ab eo, C. de fideicommissis.* Et sic gravando illum de restituendo in necessarium antecedens præsuppono illum fecisse heredem, *l. ad rem mobilem, l. ad legatum, ff. de procuratorib. facit etiam textus in l. cum testamento, §. hæc verba, ff. de hered. instituend. vbi institutio colligitur ex substitutione facta, quæ sine ipsa institutione stare non potest. Cōfert quoque l. 3. C. de inofficioso testamento, vbi secundum declarationem Gomecij *lib. 1. var. resol. cap. 5. num. 24.* Ille posthumus ager petitione hereditatis, vel remedio possessorio tanquam verus hæ-*

hæres institutus item *l. fin. de hered. instituend. vbi dispositio testatoris dubia convertitur in directam substitutionem, vel institutionem. Item l. si ita scriptum, ff. de liberis, & posthumis, & l. fin. C. de posthum. hered. instituend. cum alijs traditis à Peralta vbi supra, qui latè hæc prosequitur. Ex quibus facile deprehenditur scèpissime receptas esse huiusmodi institutiones tacitas ex mente resultantes.* Denique ad plenum intellectum huius materiæ notandum est, quod verbis aptis testari quis dicitur, etiam si heredis nomē non expresserit. Si tamen signo certo heredem demonstraverit, *l. quoties. 9. §. si quis nomen, ff. de hered. instituend.* Petrus Gregorius *lib. 42. sintagmat. cap. 9. num. 7. cum seqq.* Ossualdus ad Donellum *lib. 6. cap. 21.* Menochius *de præsumptionib. lib. 4. præf. 19. & 25.* Alvaradus *de coniect. ment. defunct. lib. 3. cap. 2. §. 2. num. 2. & 3.* Mantica *de coniectur. lib. 4. tit. 3. Peralta in Rubr. de hered. instit. num. 75.* Salazar *de usu, & consuetudine cap. 3. num. 7.* Gutierrez *lib. 2. pract. q. 41.* Mattienzus *in l. 5. tit. 4. lib. 5. Rec. glos. 7. Tauristæ in l. 31. Tauri ver-* bo por su nombre. Vt si quis dixerit, facio te dominum, *l. h. s. verbis, ff. de hered. instituend.* Baldus *conf. 136.* Hostiensis *in summa tit. de testamentis nu. 18.* vel si dixerit, volo bona mea esse talis, Alexander Raudensis *de Analogis lib. 1. cap. 18. ex n. 44.* vel omnia bona Titio relinquo vel lego, quod licet dubium sit, & Bartolus *in l. Centurio n. 19. ff. de vulg. & pup. Socinus in Rubr. de legatis 1. n. 89.* & Bolognetus *n. 99.* dixerint, quod verbum lego vel relinquo adiectum vniuersitati bonorum, non importat heredis institutionem; contraria tamen opinio in pūto iuris verior est, & in praxi recepta, *ex l. verbis legis, 120. ff. de verb. sign. l. nam que 14. §. ultim. l. cogit. 16. ff. ad Senat. Trebel. l. quoniam 15. C. de testam. mentis, tenent Baldus in l. fin. n. 11. C. fam. l. erciscūda. Parisius *conf. 3. n. 11. vol. 3.* Alexand. *conf. 177. n. 12. vol. 2.* Surd. *conf. 258. n. 13.* Menoch. *cōf. 344. n. 15.* Et de præsumpt. *lib. 4. præf. 141. nu. 14.* Valasc. *consultat. 165. n. 4.* Phœbo *decis. 59. n. 3.* Ossuald. *lib. 6. Donelli c. 17. lit. C.* Tuschus *lit. D. concl. 362.* Barbosus *de dictionibus d. 298. n. 3.* Guilielm. Benedictus *in cap. Rainutius verbo reliquit numer. 3.**

Gregorius Lopez in l. 14. tit. 3. part. 6. verbo todos los bienes, Spino in speculo testament. glos. 17. princip. num. 37. & 38. Mantica de coniectur. lib. 4. tit. 3. nu. 28. Peralta in Rubr. de hered. instituend. num. 152. Zabarella, 36 Abbas, Corneus, Ruinus, Nata, & Lancelotus politus, 34 quos refert, & sequitur late probans Marta de success. legal. tom. 2. part. 4. quest. 11. art. 1. num. 4. & 5. Grassus §. institutio quest. 14. num. 3. & 4. Mechaca de success. creat. lib. 1. §. 3. num. 13. Fusarius de substitut. tit. de compend. quest. 247. Cevallos quest. 214. num. 3. Merlino de legitima lib. 5. tit. 2. q. 2. num. 7. Capicius Galeota tom. 2. controvers. 48. num. 34. & controvers. 31. num. 6. vel si mada-verit aliquid fieri de omni- 35 bus bonis suis puta Monasterium, intelligitur hæredis institutio facta de Monasterio. Baldus in l. 1. num. 2. ff. de testamentis, & Aretinus in princip. Im mola ibi num. 3. & in l. hæredes ad finem. ff. de hered. instituend. Mantica d. lib. 4. tit. 3. num. 4. Raudensis de Analogis cap. 18. nu. 44. Simon de Præ- tibus de interpret. ultim. volunt. lib. 2. cap. de eo quod fieri pag. 95.

Hæreditas enim potest relinquit. Ecclesiæ construendæ, & non est conditionalis sed pura. Stephanus Gratianus disceptat forens. cap. 358. per totum.

Circa omnia hic scripta, ut capiti finis imponatur, textus est expressus de iure Regio in d. l. 6. in fine tit. 3. p. 6. ibi: E sobre todo dezimos, que el establecimiento del heredero se puede aun fazer por otras palabras, assi como si dixesse aquel que lo fazia: fulano sea mi heredero, o quier o mando que yo sea, o si dixesse fulano sea señor de todas mis heredades, o aya todos mis bienes, o dexole todo lo que he, o otras palabras qualesquiera semejantes destas, porque se puede se mostrar su voluntad en esta razon. Vnde concluditur, quod testatores, qui tempore sui testamenti condendi in ipso met actu deliberatè prædictis verbis in dispositione suorum bonorum utuntur, sine dubio testantur iure optimo, & si pro tunc alia voluisse dicere non appareat, perfecta equidem testantis voluntas iudicabitur, & testamentum perfectum ratione voluntatis.



## CAPUT XVIII.

AN TESTAMENTUM SIT PERFECTUM quando hæredis institutio facta est per relationem ad aliud: ut si testator dixerit velle sibi hæredem esse eum, quem scripsit in privata scheda suo nomine, & chirographo signata, quam reliquit apud honestum virum, vel incerto, & determinato loco, & quomodo manu testatoris fuisse scriptam possit probari.

## SUMMARIUM.

**Q**uestio proponitur disponenda. 1. Negativa partis Authores referuntur. 2. L. hac consultissima, §. per nuncupationem, C. de testamentis traditur. 3. Expressio implicita non sufficit quando explicita requiritur pro forma. 4. L. filius familias, ff. de liber. & posthum. traditur. 5. Nominatim fieri dicitur quando nomen, & prænomen expressum est. 6. L. habemus, C. de testamentis traditur. 7.

Negativa pars in questione in puncto iuris verior est, maxime in testamento nuncupativo. 8. L. si se toto, ff. de hered. instituend. l. si ita scripsero, ff. de condit. & demonstrat. l. institutio, ff. de condit. instit. traduntur. 9. 10. & 11. L. 37. Tauri notatur. 12. Affirmativa partis Authores referuntur. 13. Et probatur. 14. Consuetudine admissa est opinio affirmativa. 15. Relatio habetur pro genere expressi. 16. Relatum est in referente cum